

# P'AVLVTIUS ANAFESTVS

## D U X I.

*Electus Anno 697. obiit Ann. 717. cum regnasset Annos 20  
Menses sex. Dies 8.*

### S C H E M A V E T V S.

*Heracleores rexì Venetos, statni Rempublicam, Lxitprandum Conciliavi.*



**V**rbem Venetam cum à principio habuissent Leges, non Reges: post Annos ducentos & quinquaginta ad præsidium suæ libertatis , voluere Ducem, exauktoratis Tribunis , qui minùs vigiles obdormiebant adversùs piratas. Quantum fuerit Reipublicæ corpus? ex tribus ferè sacerulis, quibus elaboratum , metire, priusquam caput acciperet . Anno itaque Vrbis conditæ 276. primus omnium , Ducistitulo insignitur Paulutius Anafestus in natali Heracleæ solo; qui post præstitum juramentum promovendijure Rempub: protinus voto potius officii , quam libidine Imperii, coactis ad validam classem insulis , quæ irruptiones retunderet Barbarorum , ostia fluminum præmuniuit , armavit litora,